quum sibi videntur, tenent notitiam, nos illam tolerantiae spem Status sub-
ditis nostris, baronibus, et nobilibus nunquam fecisse mus. Sed postquam iusto
Dei iudicio, propter peccata nostra, res est eo loci redacta, quod frequen-
tissima, et accuratissima deliberatione habita, nulla satis idonea ratio inve-
niri potuerit, qua reliquiae religionis Cat.ae, quae Dei benignitate adhuc
omnino contemnenda supersunt, in hoc nostro Archiducatu Austriae con-
servarentur, maioraque defectio praeveretur, et crescens indies tot abomina-
darum haeresum colluvies, quae in hunc se provinciam infudit, sibi haereret,
ac reprimeretur; et denique eadem provincia, quae merito, pro valido Germa-
niae, aliorumque Christianorum Regnorum, et dominiorum propugnaculo, haberi
debet; cuius interitus toti Christianitati futurus esset gravissimus, ab
intestinis dissensionibus, et factionibus ex ista multiplici haeresum confusa-
ne crescentibus, et certissimam pernitiem, nisi maturae quaeque via obviam
iretur allatarum vendicaretur, ad hoc tandem extremum remedium, solus
ad sacram mecum necessario nobis fuit confugiendum; quod quidem
necessarium, et inevitabile consilium nostrum, haud praeter rem miramur
et vehementer dolemus S.m D. Pont: max: tamquam impudenter, deple-
rare, et detestari; cui id tendat non nisi ad optimum finem, cum ea quae
iam ostendimus in superioribus litteris nostris, quas die tertia prae-
senti mensis sept. ad te dedimus, diffusius etiam explicavimus;
nempe tuendi, et conservandi reliquias catholicae religionis, et depellendi
tantam diversarum sectarum multitudinem. Deo certum optimum, et
religiosissimorum imp.lis proximorum exemplo praedecessorum nostrorum
exemplo, qui concesso in ditionibus Imperii libero Augustanae confessionis
usu, inter ordines eiusdem Imperii, certam, et perpetuam pacem firm-

tunc, et nemini quicquam afferat detrimenti, seu praejudicii, nec magis labe-
factet auctoritatem Sedis apostolicae, et ordinis ecclesiastici, sed potius ut
clavus clavo pellitur, sic conferat ad exterminandas multiplices, et
monstruosas sectas; quae velata titulo, et nomine confessionis Augusta-
nae vicinentas, ipsasque suas opiniones liberius spargunt. Ac deinde
et pertineat ad conservandum inter ordinem, ac statum huius pro-
vinciae vinculum pacis, ac mutuam concordiam, et caritatis, a Deo tantae
curae, et solicitudine Christianis commendatae, quae inim tot discrepanti-
bus de religione opinionibus, quasi convulsa, vix aliter posset subsiste-
re: Neque vero existimandum est, nuper primum, dum nos Dei benefi-
cio, bonum regnorum, et provinciarum nostrarum gubernaculum tenemus,
tot, et tam varias sectas in Austria se se extulisse; quin iamdudum
ante multos annos (ut superioribus diebus tibi clementer significavimus)
irrepserunt, quibus et Divus D. parens noster, (cuius Zelus, et fervor
in tuenda, ac propaganda religione Cat.ae omnibus e notus) omni qua
adhibuit diligentia quin altius quotidie radices agerent, obsistere, et prae-
venire nullo modo potuit. Et licet pientissimus Imp.r saepissime a
Sede apostolica, et ijs, ad quos maxime spectabat, laborantibus religio-
nis rebus seno succurrere, auxilium petierit, nemo tamen ex
illis curavit in tempore accommodata morbi istius qualitati remedia
adhibere. Quamobrem cum videret optimus, et religionis Cat.ae studiosis-
simus Imp.r se nihil proficere, nec allo modo impedire posse, quomi-
nus Catholicismus in suis ditionibus, perinde ac in terris Imperij
quotidie deficeret, non dubitavit et temporij, ac necessitati cedere,